Plãce ꝓ paterna neceſſitudine,ꝓ noſtro amore,ꝓ ſtudiis,& oĩ curſu noſtro totius vitę ſimil
limo rogo,& a te ita ꝑto,vt maiore cura,maiore ſtudio nullo poſſim,vt hãc rem ſuſcipias,
meã putes,enitare,cõtẽdas,efficias,vt mea cõmẽdatiõe,tuo ſtudio,Cęſaris bñficio hęredita
tẽ ꝓpĩq̃ ſui C.Capito obtineat.Oĩa,q̃ potui ĩ hac ſũma gr̃a tua,ac potẽtia a te ĩpetrare,vltro
te ad me detuliſſe putabo,ſi hãc rẽ ĩpetrauero.Illđ fore tibi adiumẽto ſpero,cuiꝰ ipẽ Cęſar eẽ
optimꝰ iudex põt,ſemꝑ Cęſarẽ Capito & dilexit,& coluit.Sed ipẽ huiꝰ rei teſtis ẽ,noui hoĩs
mẽoriã.Itaq; te nihil doceo,tãtũ tibi ſumito ꝓ Capitõe apud Cęſarẽ, quãtũ ipſe meminiſſe
ſenties.Ego qđ ĩ me ipo expiri potui,ad te referã:ĩ eo quãtũ ſit põderis,tu videbis.Quã ꝑtẽ ĩ

rep.cauſamq; defenderim,ꝑ quos hoĩes,ordineſq; ſteterim,qbuſq; munitus fuerim,nõ igno-
ras.Hoc mihi velim credas,ſi qd fecerim hoc ipſo in bello,minus ex Cęſaris volũtate,qđ in
tellexerim ſcire ipm̃ Cęſarẽ,me inuitiſſimũ feciſſe.Id feci aliorũ cõſilio,hortatu,auctoritate.
Q; fuerim moderatior,tẽꝑatiorq;,q̃ in ea parte qſq̃,id me feciſſe maxime auctoritate Capi
tonis:cuius ſimileis ſi reliquos neceſſarios habuiſſem,reip.fortaſſe nõnihil,mihi certe pluri
mũ ꝓfuiſſem.Hãc rẽ mi Plãce ſi effeceris,meã de tua erga me beneuolẽtia ſpẽ cõfirmaueris,
ipſumq; Capitonẽ gratiſſimũ,officioſiſſimũ,optimũ virũ,ad tuã neceſſitudinẽ, tuo ſummo
beneficio adiunxeris. Vale.

M.T.C.ACILIO PROC.S.P.D.

LVcius Mãlius eſt Soſis:is fuit Catinẽſis,ſed eſt vna cũ reliqs Neapolitanis Cõmend.
ciuis Romanus factus,Decurioq; Neapoli.Erat em̃ adſcript⁹ in id munici
pium,ante ciuitatẽ ſociis,& Latinis datã.Eius frater Catinę nuꝑ mortu⁹
eſt,nullã omnino arbitramur de ea hęreditate cõtrouerſiã eũ habiturũ, &
eſt hodie in bonis: ſed qñ habet ꝑterea negotia vetera in Sicilia ſua,& hãc
hęreditatẽ fraternã,omnia eius tibi cõmendo:in primiſq; ipſum virũ opti
mum,mihiq; familiariſſimum,his ſtudiis literarum,doctrinaq; prędítum,quibus ego maxi-
me delector.Peto igitur abs te,vt eum ſiue aderit,ſiue non venerit in Siciliam,in meis inti-
mis,maximeq; neceſſariis ſcias eſſe:itaq; tractes,vt intelligat meam commendationẽ ſibi ma
gno adiumento fuiſſe. Vale.

M.T.C.ACILIO PROC.S.D.

CAio Flauio honeſto,& ornato eqte Romano vtor valde familiariter. Fuit Cõmend.
em̃ generi mei C.Piſonis ꝑneceſſarius, meq; diligẽtiſſime obſeruat & ipſe, Piſo gener
& L.Flauius frater eius.Quapropter velim honoris mei cauſa,qbus rebus Cice.
honeſte,& ꝓ tua dignitate poteris, q̃honorificentiſſime , & q̃liberaliſſime
Caiũ Flauiũ tractes.Id mihi ſic erit gratũ,vt gratius eſſe nihil poſſit.Sed ꝑ
terea tibi affirmo,neq; id ambitione adductus facio,ſed tũ familiaritate, &
neceſſitudine,tũ etiã veritate,te ex Caii Flauii officio,& obſeruãtia,& ꝑterea ſplẽdore, atq;
inter ſuos gratia,magnam voluptatem eſſe capturum. Vale.

M.T.C.ACILIO PROC.S.P.D.

IN Haleſina ciuitate tam lauta,q̃ nobili coniunctiſſimos habeo & hoſpitio Cõmend.
& familiaritate M.& Clodiũ,Archagathũ,& Philonẽ:ſed vereor,ne qa cõ
plureis tibi ꝑcipue cõmendo,exęquare videar ambitione quadã cõmẽdatio
nes meas.q̃q̃ a te qdẽ cumulate ſatiſſit,& mihi,& meis oĩbus.Sed velim
ſic exiſtimes,hãc familiã,& hos mihi maxime eſſe cõiũctos vetuſtate, offi-
ciis,beneuolẽtia.Quãobrẽ ꝑeto a te maiorẽ in modũ,vt his oĩbus in rebus,
quãtũ tua dignitas,fideſq; patiẽt,cõmodes.Id ſi feceris,erit mihi vehemẽtiſſime gratũ.Vale.

M.T.C.ACILIO PROC.S.P.D.

CNęo Octacilio Naſone vtor familiariſſime,ita ꝓrſus,vt illius ordinis nullo Commẽd.
familiarius.Nã & humanitate eius,& ꝓbitate in cõſuetudine quotidiana,
magnoꝑe delector.Nihil iã opus eſt expectare te,qbus eũ verbis tibi com
mendẽ,quo ſic vtor,vt ſcripſi.Habet is in ꝓuincia tua negotia,q̃ ꝓcurãt li
berti Hilarius,Antigonus,Demonſtratus,quos tibi negotiaq; oĩa Naſonis
non ſecus cõmẽdo,ac ſi mea eſſent.Gratiſſimum mihi feceris, ſi intellexero
hanc commendationẽ magnum apud te pondus habuiſſe. Vale.

M.T.C.ACILIO PROCON.S.P.D.

AVitum mihi hoſpitium eſt cum Lyſone Lyſonis filio Libitoni,valdeq; ab eo Commẽd.
obſeruor,cognouiq; dignũ & patre,& auo.Eſt em̃ nobiliſſima familia.Qua-
propter cõmendo tibi maiorẽ in modũ rẽ,domũq; eius.Magnoq; oꝑe a te
ꝑeto cures,vt is intelligat meã cõmẽdationem maximo ſibi apud te,& adiu
mento,& ornamento fuiſſe. Vale.

M.T.C.ACILIO PROC.S.P.D.

CAius Auianus Philoxenus antiquus eſt hoſpes meus,& ꝑter hoſpitium,valde etiã Commẽd.
familiaris,quẽ Cęſar meo beneficio in Nouocomẽſeis retulit.Nomẽ autem Auiani
ſecutus eſt,q; homine nullo plus eſt vſus,q̃ Flacco Auiano meo,quemadmodum te

ſcire arbitror,familiariſſimo.Quę ego omnia collegi,vt intelligeres non vulgarem eſſe com mendationem hanc meam.Peto igitur abs te,vt omnibus rebus,qđ ſine moleſtia tua facere poſſis, ei commodes,habeaſq; in numero tuorum , ꝑficiaſq;,vt intelligat has literas meas magno ſibi vſui fuiſſe.Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

M.T.C.ACILIO PROC.S.D.

Cõmend.

Nominis mutatio.

CVm Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitiũ eſt: familiaritas autẽ tanta, quanta cũ Siculo nullo.Ei Dolabella rogatu meo ciuitatem a Cęſare impe trauit: qua in re ego interfui.Itaq; nunc P.Cornelius vocatͬ.Cũq; propter quoſdã ſordidos homines,qui Cęſaris beneficia vẽdebãt,tabulã,in qua no mina ciuitate donatorum inciſa eſſent , iuſſiſſet reuelli,eidem Dolabellæ, me audiente,Cęſar dixit,nihil eſſe qđ de Mega vereretͬ,beneficium ſuum in eo manere.Hoc te ſcire volui,vt eum in ciuium Romanorũ numero haberes . Cęteriſq; in rebus tibi eum ita commendo,vt maiore ſtudio neminem commendarim. Gratiſſimũ mi hi feceris,ſi eũ ita tractaris,vt ĩtelligat meã cõmẽdationẽ magno ſibi ornamẽto fuiſſe. Vale.

M.T.C.ACILIO PROC.S.P.D.

Cõmend.

HIppiam Philoxeni filium Calatinum,hoſpitem,& neceſſarium meũ,tibi cõ mẽdo maiorem in modum.Eius bona, quemadmodũ ad me delata res eſt, publice poſſidentur alieno nomine contra leges Calatinorum.Id ſi ita eſt, etiam ſine mea commendatione ab ęquitate tua res ipſa impetrare debet,vt ei ſubuenias.Quoquo modo res autem ſe habet,ꝑto a te vt honoris mei cauſa eum expedias,tantumq; ei commodes in hac re,& in cęteris , quantũ tua fides,dignitaſq; patietur.Id mihi vehementer gratum erit. Vale.

M.T.C.ACILIO PROC.S.P.D.

Cõmend.

LVcius Brutus eques Romanus,adoleſcẽs omnibus rebus ornatus,in meis familiariſſimis eſt,meq; obſeruat diligentiſſime.Cuius cũ patre magna mi- hi fuit amicitia iam inde a quęſtura mea Sicilienſi.Omnino nunc ipſe Bru tus Romę mecum eſt,ſed tamen domum eius,& rem familiarem, & ꝓcura tores tibi ſic commendo,vt maiore ſtudio commẽdare nõ poſſim.Gratiſſi- mum mihi feceris,ſi curaris vt intelligat Brutus,id qđ ei recepi, hãc meã commendationem ſibi magno adiumento fuiſſe. Vale.

M.T.C.ACILIO PROC.S.P.D.

Cõmend.

CVm familia Titurnia neceſſitudo mihi intercedit vetus,ex qua reliqu⁹ eſt M.Titurnius Rufus,qui mihi omni diligentia,atq; officio eſt tuendus. Eſt igitur in tua poteſtate,vt ille in me ſatis ſibi p̃ſidii putet eſſe . Quapropter eum tibi commendo maiorem in modum.Et abs te ꝑto,efficias vt is com mendationem hanc intelligat ſibi magno adiumento fuiſſe.Erit id mihi ve hementer gratum. Vale.

M.T.C.ANCHARIO.Q.F.PROC.S.D.

Cõmend.

LVcium,& Caium Aurelios Lucii filios,quibus & ipſis,& patre eorum vi- ro optimo familiariſſime vtor,commendo tibi maiorem in modum, adole ſcenteis omnibus optimis artibus ornatos,meos ꝑneceſſarios,tua amici- tia digniſſimos. Si vlla mea apud te commẽdatio valuit,quod ſcio multas plurimum valuiſſe,hęc vt valeat,rogo . Q; ſi eos honorifice,liberaliterq; tractaris,& tibi gratiſſimos,optimoſq; adoleſcẽteis adiunxeris,& mihi gra tiſſimum feceris. Vale.

M.T.C.CVLEOLO.S.P.D.

Cõmend.

QVę feciſti Lucii Luceii cauſa,ſcire te plane volo,te homini gratiſſimo com modaſſe :& tũ ipſi,ꝗ feciſti ꝑgrata ſunt,tũ Pompeius quotieſcũq; me vi- det,videt autẽ ſæpiſſime,gratias tibi agit ſingulareis.Addo etiã illud,qđ ti bi iucundiſſimũ eſſe certo ſcio,me ipſum ex tua erga Luceiũ benignitate, maxima voluptate affici.Quod ſupereſt,ꝗꝗ mihi nõ eſt dubiũ,quin cũ an- tea noſtra cauſa,nunc iã etiã tuę conſtantię gratia,manſurus ſis in eadem iſta liberalitate,tamẽ abs te vehementer etiam atq; etiã ꝑto,vt ea quę initio oſtendiſti,dein de quę feciſti,ad exitum augeri,& cumulari ꝑr te velis.Id & Luceio,& Pompeio valde gra tum fore,teq; apud eos pręclare poſiturum confirmo,& ſpondeo.De rep.deq; his negotiis, cogitationibuſq; noſtris ꝑſcripſeram ad te diligenter paucis ante diebus,eaſq; literas de deram pueris tuis. Vale.

M.T.C.L.CVLEOLO PROC.S.P.D.

LVcius Luceius meus familiariſſimꝰ,homo omniū gratiſſimꝰ,mirificas tibi Cōmend.
apud me gratias egit,cū diceret te oīa accumulatiſſime,& liberaliſſime ꝓ-
curatoribus ſuis pollicitū eſſe.Cū oratio tua tā ei grata fuerit,q̄ gratā rem
ipſam exiſtimas fore,cū,vt ſpero,q̄ pollicitꝰ es,feceris oīno!Oſtēderūt Bellio
nes ſeſe Luceio Pōpeii arbitratu ſatiſfacturos:ſed vehemēter opus eſt nobis
& volūtatē,& auctoritatē,& īperiū tuū accedere.Qđ vt facias,te etiā, atq;
etiā rogo.Illudq; mihi gratiſſimū eſt,ꝙ ita ſciūt Luceii ꝓcuratores,& ita Luceius ipſe,ex li-
teris tuis quas ad eū miſiſti,intellexit,hoīs nullius apud te auctoritatem,aut gratiā valere
plus,q̄ meā.Id vt re experiaĩ,iterū,& ſępius te rogo. Vale. M.T.C.Q V.GALLO.S.D.

ETſi plurimis rebus ſpero fore vt ꝑſpiciā,qđ tamē iā pridē ꝑſpicio, me a Cōmend.
te amari,tñ nūc ea cauſa tibi datur,in qua facile declarare poſſis tuā er
ga me beneuolētiam.Lucius Oppius Marci filiꝰ Philomeli negotiatur,
homo mihi familiaris,eum tibi vnice commendo.Eoq; magis,ꝙ cū ipm
diligo, tum ꝙ negotia procurat Lucii Egnatii Rufi,quo ego vno equi
te Romano familiariſſime vtor,& qui conſuetudine quotidiana,tū offi
ciis maximis plurimiſq; mihi coniunctus eſt.Oppium igitur pręſentem
vt diligas,Egnatii abſentis rem vt tueare,ęque a te peto,ac ſi mea negotia eſſent.Velim me
morię tuę cauſa des literarum aliquid, quę tibi in prouincia reddantur:ſed ita conſcribas,
vt tum,cum eas leges,facile recordari poſſis huius meæ commendationis diligentiam.Hoc
te vehementer etiam,atq; etiam rogo. Vale.

M.T.C.Q V.GALLO.S.P.D.

ETſi ex tuis,& ex Lucii Oppii familiariſſimi mei literis cognoui te memorē Cōmend.
cōmēdationis meę fuiſſe,idq; ꝓ tua ſumma erga me beneuolētia,proq; no-
ſtra neceſſitudine minime ſum admiratꝰ:tñ etiā,atq; etiā tibi Luciū Oppi-
um ꝑſētē, & Lucii Egnatii mei familiariſſimi abſētis negotia cōmēdo.Tāta
mihi cū eo neceſſitudo ē,familiaritaſq;,vt ſi mea res eēt,nō magis laborarē.
Quapropter mihi gratiſſimū feceris,ſi curaris,vt is ītelligat me a te tātū a
mari,quātum ipſe exiſtimo.hoc mihi gratiꝰ facere nihil potes.Idq; vt facias, vehemēter te
rogo.Vale. M.T.C.APVLEIO PROQVAESTORI.S.P.D.

LVcio Egnatio vno eqte Romano vel familiariſſime vtor.Eiꝰ Anchilaū ſer Cōmend.
uum,negotiaq; q̄ habet in Aſia,tibi cōmēdo nō minore ſtudio,q̄ ſi rē meam
cōmēdarē.Sic.n.exiſtimes velim,mihi cū eo nō mō quotidianā cōſuetudi-
nē ſummā ītercedere,ſed etiā officia magna,& mutua nr̃a īter nos eē.Quā
obrē etiā,atq; etiā a te peto,vt cures,vt is ītelligat me ad te ſatis diligēter
ſcripſiſſe.Nā de tua erga me volūtate nō dubitat.Id vt facias,te etiam,atq;
etiam rogo.Vale. M.T.C.APVLEIO PROQVAESTORI.S.P.D.

LVcius Noſtius Zoilus eſt cohęres meus, hęres autē patroni ſui.Ea re vtrū Cōmend.
q; ſcripſi,& vt mihi cū illo cauſam amicitię ſcires eſſe,& hoīem ꝓbū exiſti-
mares,q patroni iudicio ornatus eſſet.Eū tibi igiť ſic cōmēdo,vt vnū ex no
ſtra domo.Valde mihi gratū erit,ſi curaris,vt intelligat meā cōmēdationē
ſibi apud te magno adiumento fuiſſe. Vale.

M.T.C.SILIO.S.D.P.

QVid ego tibi cōmēdē eū,quē tu ipſe diligis!Sed tñ vt ſcires eū nō a me di- Cōmend.
ligi ſolū,verū etiā amari,ob eā rē tibi hęc ſcribo.Omniū tuorū officiorū , q̄
& mľta,& magna ſunt,gratiſſimū mihi fuerit,ſi ita tractaris Egnatiū,vt ſen
tiat & ſe a me,& me a te amari.Hoc te vehemēter ēt,atq; etiā rogo.Illa no
ſtra ſcilicet ceciderūt.Vtamur igiť vulgari cōſolatione.Quid ſi hoc meliꝰ!
Sed hęc corā.Tu fac,quod facis,vt me ames,teq; amari a me ſcias. Vale.

M.T.C.SEXTILIO RVFO QVAEST.S.P.D.

OMneis tibi commendo Cyprios,ſed magis Paphios,quibus tu quęcunq; commoda- Cōmend.
ris,erunt mihi gratiſſima.Eoq; facio libentius vt eos tibi commendem,ꝙ & tuę lau
di,cuius ego fautor ſum,cōducere arbitror,cum primū in eam inſulam quęſtor ve-
neris,ea te inſtituere,quę ſequantur alii.Quę,vt ſpero,facilius cōſequere,ſi & Publii Lentuli

neceſſarii tui legem,& ea,quę a me conſtituta ſunt,ſequi volueris.Quam rem tibi confido magnę laudi fore.Vale.

CICERO CVRIO PROC.S.D.

Cõmend. QVintus Põpeius Sexti filius multis,& veteribus cauſis neceſſitudinis mihi coniũctus eſt.Is cũ antea meis cõmẽdationibus,& rẽ,& gratiã,& auctoritatem ſuã tueri cõſuerit,nũc ꝑfecto te ꝓuinciã obtinẽte meis literis aſſequi debet,vt nemini ſe intelligat cõmendatiorẽ vnq̃ fuiſſe.Quãobrẽ a te maiorem in modũ ꝑto,vt cũ omneis meos ęque ac tuos obſeruare ꝓ noſtra neceſſitudine debeas,hũc in primis ita in tuã fidẽ recipias,vt ipſe intelligat, nullam rem ſibi maiori vſui,aut ornamẽto,q̃ meam commendationem eſſe potuiſſe. Vale.

M.T.C.ARISTO PROC.S.D.

Cõmend. SVmpſi hoc mihi ꝑ tua in me obſeruãtia,quã penitus ꝑſpexi, q̃diu Brunduſii fuim⁹,vt ad te familiariter,& quaſi ꝑ meo iure ſcriberẽ, ſiqua res eſſet,de qua valde laborarẽ.M.Curius,q Patris negotiaꝉ,ita mihi familiaris eſt,vt nihil poſſit eſſe cõiũctius.Multa illi⁹ in me officia,multa in illũ mea quoq̀;,& qđ maximũ eſt ſumm⁹ inter nos amor,& mutu⁹. Quę cũ ita ſint, ſi vllã in amicitia mea ſpẽ habes,ſi ea,q̃ in me officia,& ſtudia Brunduſii contuliſti,vis mihi etiã gratiora efficere,q̃q̃ ſunt gratiſſima,ſi me a tuis omnibus amari vides,hoc mihi da,atq̀; largire,vt M.Curium ſartum & tectũ,vt aiunt,ab omni incõmodo, detrimento,moleſtia ſyncerũ,integrũq̀; conſerues.Et ipſe ſpondeo,& omnes hoc tibi tui ꝑ me recipient,ex mea amicitia,& ex tuo in me officio maximum te fructum,ſummamq̀; voluptatem eſſe capturum. Vale.

Sartum & tectum.

M.T.C.P.CAESIO.S.D.

Cõmend. PVbliũ Meſſeniũ equitẽ Romanũ omnibus rebus ornatũ, meũq̀; ꝑfamiliarẽ tibi cõmẽdo ea cõmẽdatione,q̃ poteſt eſſe diligẽtiſſima.Peto a te,& pro noſtra,& ꝑ paterna amicitia,vt eũ in tuã fidẽ recipias,eiuſq̀; rẽ,famãq̀; tueare. Virum bonum,tuaq̀; amicitia dignum tibi adiunxeris, mihiq̀; gratiſſimũ feceris. Vale.

Vir bonus

CICERO REGI.S.

Cõmend. AVlus Licinius Ariſtoteles Melitẽſis antiquiſſim⁹ eſt hoſpes meus,& ꝑterea cõiũctus magno vſu familiaritatis.Hęc cũ ita ſint,nõ dubito quin tibi ſatis cõmẽdat⁹ ſit.Etem̃ ex multis cognoſco meã cõmẽdationẽ plurimũ apud te valere.Hũc ego a Cęſare liberaui.Frequẽs em̃ fuerat nobiſcũ,atq̀; etiã diutius ĩ cauſa eſt q̃ nos cõmoratus,quo meli⁹ te de eo exiſtimaturũ arbitror. Fac igitur mi Rex,vt intelligat has ſibi literas plurimum profuiſſe. Vale.

M.T.C.Q.TERMO PROPR.S.D.

Cõmend. LVcio Gemicilio Curuo iã pridẽ familiariſſime vtor,optimo viro,& homine gratiſſimo.Eũ tibi penit⁹ cõmẽdo,atq̀; trado.Primũ,vt oĩbus in rebus ei te cõmodes,quoad fides tua dignitaſq̀; patieꝉ.Patieꝉ aũt in oĩbus.nihil em̃ abs te vnq̃,qđ ſit alienũ tuis,aut etiã ſuis morib⁹,poſtulabit. Pręcipue aũt tibi commendo negotia eius,q̃ ſunt in Helleſpõto.Primũ,vt obtineat id iuris in agris,qđ ei Patriana ciuitas decreuit,& dedit,& qđ ſemp obtinuit ſine vlla cõtrouerſia.Deinde,ſi qd habebit cũ aliquo Helleſpontio controuerſię , vt in illam διοίκησιν reiicias.Sed non mihi videor,cum tibi totum hominẽ diligentiſſime cõmẽdarim, ſingulas ad te ei⁹ cauſas ꝑſcribere debere.Sũma illa ſit,qcqd officii,beneficii,honoris in Gemicilium contuleris,id te exiſtimabo in me ipſum,atq̀; in rem meam contuliſſe. Vale.

Conferre.

M.T.C.Q.TERMO PROPR.S.D.

Cõmend. Cũ & tum. CVm mihi multa grata ſunt,quę tu adductus mea cõmẽdatione feciſti,tũ in primis,q̀; M.Marciliũ amici,atq̀; interpretis mei filiũ liberaliſſime tractauiſti.Venit em̃ Laodicẽã,& tibi apud me,mihiq̀; ꝑpter te gr̃as maximas egit. Quare,qđ reliquũ eſt,a te ꝑto,q̃ñ apud gratos hoĩes bñficiũ ponis,vt eo libẽti⁹ his cõmodes,operãq̀; des,quoad fides tua patieꝉ,vt ſocrus adoleſcentis rea ne fiat.Ego cũ antea ſtudioſe cõmẽdabã Marciliũ,tũ multo nũc ſtudioſius,q̀; in lõga apparitione ſingularẽ,& ꝑpe incredibilẽ patris Marcilii fidem, abſtinẽtiã, modeſtiamq̀; cognoui. Vale.

M.T.C.Q.TERMO PROPR.S.D.

ETſi mihi videor intellexiſſe,cũ tecũ Epheſi de re Marci Anneii legati mei locutus ſum,te ipſius cauſa vehemẽter oĩa velle, tñ & M.Anneiũ tãti facio,vt mihi nihil putẽ ꝓtermittẽdũ,qđ illius interſit: & me a te tãti fieri puto,vt nõ dubitẽ,qn ad tuã volũtatẽ magnus cumulus accedat cõmẽdationis meę.Nã cũ iãdiu diligerẽ M.Anneiũ,deq; eo ſic exiſtimarem,vt res declarat,ꝙ vltro ei detulerim legationẽ,cũ multis iã ꝑtẽtibus denegaſſem,tũ vero,poſteaq̃ mecũ in bello,atq; in re militari fuit,tantã in eo virtutẽ,prudẽtiã,fidẽ,tãtãq; erga me beneuolẽtiã cognoui,vt hoĩem neminẽ pluris faciã.Eũ cũ Sardianis habere cõtrouerſiã ſcis,cauſam tibi expoſuimꝰ Epheſi,quã tu tñ corã faciliꝰ,meliuſq; cognoſces.De reliquo mihi mehercule diu dubiũ fuit,qđ ad te potiſſimũ ſcriberẽ. Ius ẽm quẽadmodũ dicis,clarũ,& magna cũ tua laude notũ eſt.Nobis aũt in hac cauſa nihil aliud opus eſt,niſi te ius inſtituto tuo dicere.Sed tñ cũ me nõ fugiat,quãta ſit in p̃tore auctoritas, p̃ſertim iſta ĩtegritate,grauitate,clemẽtia,qua te eſſe ĩter omneis cõſtat , peto abs te ꝓ noſtra cõiũctiſſima neceſſitudine,plurimiſq; officiis paribus,ac mutuis,vt volũtate, auctoritate,ſtudio tuo ꝑficias,vt M.Anneius intelligat te,& ſibi amicũ eſſe,qđ nõ dubitat, ſæpe ẽm mecũ locutus eſt,& multo amiciorẽ his meis literis eſſe factũ.In tuo toto imꝑio,atq; ꝓuincia nihil eſt,qđ mihi gratius facere poſſis.Iã apud ipm gratiſſimũ hominẽ, atq; optimũ virũ q̃ bene poſiturus ſis ſtudium tuũ,atq; officium,dubitare te non exiſtimo. Vale.

Cõmend.

Officia paria ac mutua.

Poſiturus ſtudiũ apđ optimũ.

M.T.C.QV.TERMO PROPR.S.D.

CAius Cluuius Puteolanus valde me obſeruat,valdeq; eſt mihi familiaris.Is ita ſibi pſuadet,qđ in tua ꝓuincia negotii habet, niſi te prouinciã obtinẽte meis cõmẽdationibus cõfecerit,id ſe in ꝑditis,& deſꝑatis habiturũ.Nunc quãdo mihi ab amico officioſiſſimo tãtũ oneris imponit,ego quoq; tibi imponã ꝓ tuis ĩ me ſummis officiis:ita tñ,vt tibi nolim moleſtus eſſe.Milaſii, & Alabãdẽſes ꝑcuniã Cluuio debẽt.Dixerat mihi Euthydemus cũ Epheſi eſſem,ſe curaturũ,vt Ecdici Milaſii Romã mitterentur.Id factũ nõ eſt.Legatos audio miſſos eſſe,ſed malo Ecdicos,vt aliquid cõfici poſſit. Quare ꝑto a te,vt eos, & Alabandẽſes iubeas Ecdicos Romã mittere.Pręterea Philoties Alabandenſis ὑποθήκας Cluuio dedit.hæ cõmiſſæ ſunt.Cures velim,vt aut de hypothecis decedat,eaſq; ꝓcuratoribus Cluuii tradat,aut ꝑcuniã ſoluat.Pręterea Heracleotę & Bargiletę,qui item debent,aut ꝑcuniam ſoluant,aut fructibus ſuis ſatiſfaciãt.Caunii p̃terea debẽt,ſed aiũt ſe depoſitã ꝑcuniã habuiſſe.Id velim cognoſcas: & ſi intellexeris eos neq; ex edicto,neq; ex decreto depoſitã habuiſſe,des oꝑram, vt vſuræ Cluuio,inſtituto tuo conſeruent. His de rebus eo magis laboro,ꝙ agit res Cn.Põpeii etiã noſtri neceſſarii,& ꝙ is magis etiã mihi laborare videt,q̃ ipe Cluuius: cui ſatiſfactũ eſſe a nobis valde volo.His de rebus vehementer te etiã,atq; etiã rogo. Vale.

Cõmend.

Habiturũ in ꝑditis & deſꝑatis.

M.T.C.Q.TERMO PROPR.S.P.

QVo magis quotidie ex literis,nũciiſq; bellũ magnũ eſſe in Syria cognoſco, eo vehemẽtius a te ꝓ noſtra neceſſitudine cõtẽdo,vt mihi M.Anneiũ legatũ primo quoq; tẽpore remittas.Nã eiꝰ opa,cõſilio,ſciẽtia rei militaris,vel maxime ĩtelligo me,& rẽp.adiuuari poſſe. Q; niſi tãta res eius ageret,nec ipſe adduci potuiſſet,vt a me diſcederet:neq; ego, vt eũ a me dimitterem. Ego ĩ Ciliciã ꝓficiſci cogito circiter Cal.Maii.Ante eã diẽ Anneius ad me redeat oportet.Illud qđ tecũ & corã,& ꝑ literas diligẽtiſſime egi,id & nũc etiã, atq; etiã rogo,curę ſit tibi,vt ſuũ negotiũ,qđ habet cũ populo Sardiano,ꝓ cauſę veritate,& ꝓ ſua dignitate cõficiat.Intellexi ex tua oratione,cũ tecũ Epheſi locutus ſum, te ipſius M.Anneii cauſa oĩa velle.Sed tñ ſic velim exiſtimes, te mihi nihil gratius facere poſſe, q̃ ſi ĩtellexero ꝑ te illũ ipm negotiũ ex ſentẽtia cõfeciſſe.Idq; q̃primũ vt efficias,etiã atq; etiã rogo. Vale.

Cõmend.

M.T.C.TITIO.L.F.RVFO,PR.VRBANO.S.

LVcius Cuſtidius ẽ tribulis,& municeps,& familiaris meꝰ. Is cauſam habet, quã cauſam ad te defert.Cõmendo tibi hominẽ,ſicuti tua fides,& meus pudor poſtulat. tãtũ vt facileis aditus ad te habeat:quę poſtulabit ęqua, vt iubente te impetret : ſentiatq; meã ſibi amicitiam,etiam cũ longiſſime abſim, prodeſſe in primis apud te. Vale.

Cõmend.

M.T.C.C.CVRTIO PEDVCEANO PRAETORI.S.D.

Cōmend. MArcum Fabium vnice diligo,ſummaq; mihi cum eo conſuetudo,& familia-ritas eſt ꝑuetus.In eius controuerſiis qđ decernas,a te non ꝑto : ſeruabis vt tua dignitas,& fides poſtulat,edictū,& inſtitutū tuū : ſed vt q̄facillimos ad te aditus habeat:quæ erunt æqua,iubente te impetret,vt meā amicitiam ſibi etiam cum procul abſim,prodeſſe ſentiat, præſertim apud te.Hoc vehe menter etiam atq; etiam rogo. Vale.

M.T.C.C.MVNATIO.C.FI.S.D.

Cōmend. LVcius Liuineius Trypho eſt omnino L. Reguli familiariſſimi mei libertus. Cuius calamitas etiā officioſiorē me facit in illū.Nā beneuolentior q̄ ſemꝑ fui,eſſe nō poſſum.Sed ego libertū eius ꝑ ſeipſum diligo.Sūma eñ eius erga me officia extiterūt his noſtris tēporibus,quibus facillime bonā beneuo-lentiā hominū,& fidē ꝑſpicere potui. Eū tibi ita cōmēdo,vt homines grati,& memores benemeritos de ſe cōmendare debēt.Pergratū mihi feceris,ſi ille intellexerit,ſe ꝙ pro ſalute mea multa ꝑicula adierit, ſæpe hyeme ſumma nauigarit, ꝓ tua erga me beneuolentia gratum etiam tibi feciſſe. Vale.

M.T.C.P.SILIO PROPR.S.D.

Cōmend. TIto Pinnio familiariſſime me vſum eſſe ſcire te arbitror.qđ qdē ille teſtamē to declarauit,q me tum tutorē, tū etiā ſecūdū hęredē inſtituerit.Eius filio mire erudito,& ſtudioſo,& modeſto,ꝑcuniā Niceēſes grādē debēt ad Seſter tiū octogies,& vt audio in primis volūt ei ſoluere.Pergratū igiť mihi fece-ris,quādo nō modo reliqui tutores,qui ſciūt quāti me facias, ſed etiā puer ipſe ſibi ꝑſuaſit,te oīa mea cauſa facturū eſſe, ſi dederis oꝑā, quoad tua fides dignitaſq; patietur,vt q̄primū ꝑcunia Pinnio ſoluatur Niceenſium nomine. Vale.

M.T.C.P.SILIO PROPR. S.D.

Cōmend. ETſi in Attilii negotio te amaui, cū eñ ſero veniſſem, tñ honeſtū equitē Romanū beneficio tuo cōſeruaui.Et mehercule ſemꝑ ſic ī animo habui, te in meo ære eſſe ꝑpter Lamiæ noſtri cōiūctionē,& ſingularē neceſſitu-dinē.Itaq; primū tibi ago gratias,ꝙ me oī moleſtia liberas. Deinde īpu-dētia ꝓſequor.Sed idē ſarciā.Te.n.ſemꝑ ſic colā,& tuebor,vt q̄diligētiſſi me.Quintū fratrē meū,ſi me diligis,eo numero cura vt habeas,quo me. Ita magnū beneficium tuū,magno cumulo auxeris. Vale.

M.T.C.P.SILIO PROPRAE.S.D.

Cōmend. NOn putaui fieri poſſe,vt mihi verba deeſſent,ſed tamen in C.Lenio cōmen-dando deſunt.Itaq; rem tibi exponam paucis verbis: ſed tamē vt plane ꝑ-ſpicere poſſis voluntatem meā.Incredibile eſt quanti faciamus & ego,& fra ter meus,qui mihi chariſſimus eſt,M.Leniū. Id fit tū plurimis eius officiis, tum ſumma eius probitate,& ſingulari modeſtia. Ego eū a me inuitiſſimus dimiſi,tum propter familiaritatē,& conſuetudinis ſuauitatē, tū ꝙ conſilio

Suꝑeſſe. eius fideli,ac etiā bono libenter vtebar.Sed vereor ne iam mihi ſuꝑeſſe verba putes,quę dixeram defutura.Cōmēdo tibi hominē,ſicut intelligis me,de quo ea ſupra ſcripſerim,debere cōmendare.A teq; vehemēter etiā,atq; etiā ꝑto,vt qđ habet in tua prouincia negotii,expe-dias:qđ tibi videbitur rectū eſſe,ipſi dicas.Hominē facillimū,liberaliſſimūq; cognoſces. Itaq; te rogo,vt eum ſolutum, liberum, confectis eius negotiis ꝑ te q̄primū ad me remittas. Id mihi,fratriq; meo gratiſſimum feceris. Vale.

M.T.C.P.SILIO PROPRAE.S.D.

Cōmend. NEro meus mirificas apud me tibi gratias egit,prorſus īcredibileis, vt nullū honorē ſibi haberi potuiſſe diceret,q a te ꝑ̄termiſſus eſſet. magnū fructū ex ipſo capies.Nihil eſt.n.illo adoleſcēte grati⁹.ſed mehercule mihi quoq; gra tiſſimū feciſti.Pluris.n.ex oī nobilitate neminē facio. Itaq; ſi ea feceris q̄ ille ꝑ me tecū agi voluit,gratiſſimū mihi feceris.Primū de Pauſania Alabādēſi ſuſtentes rē,dū Nero veniat: vehemēter eius cauſa cuꝑe eum intellexi.Itaq; hoc valde te rogo.Deinde Niſæos,quos Nero in primis habet neceſſarios,diligētiſſimeq; tueꝛ,ac defendit,habeas tibi cōmēdatiſſimos,vt intelligat illa ciuitas ſibi in Neronis patro-

cinio ſummũ eſſe præſidiũ.Straboně Seruiliũ tibi ſæpe cõmendaui,nũc eo facio id impenſius; ꝙ eius cauſam Nero ſuſcepit.Tantũ a te ꝑtimus,vt agas eam rem,ne relinquas hominẽ innocentẽ ad alicuius tui diſſimilis queſtũ.Id tũ gratũ mihi erit,tum etiã exiſtimabo te humanitate tua eſſe vſum. Summa huius epiſtolæ hæc eſt, vt ornes omnibus rebus Neronẽ,ſicut inſtituiſti,atq; feciſti.Magnũ theatrũ habet iſta prouincia,non vt hæc noſtra,adoleſcẽtis nobilis,ĩgenioſi,abſtinẽtis cõmẽdationẽ,atq; gloriã.Quare ſi te fautore vſus erit,ſicut & ꝑfecto vtetur,& vſus eſt,ampliſſime clientelas acceptas a maioribus cõfirmare poterit,& beneficiis ſuis obligare.Hoc in genere,ſi eũ adiuueris eo ſtudio,quo oſtendiſti,apud ipſum pręclariſſime poſueris,ſed mihi etiam gratiſſimum feceris. Vale.

M.T.C.P.SILIO PROPRAE.S.D.

Cõmend.

CVm P.Terentio Hiſpone,q operas in ſcriptura pro magiſtro dat,mihi ſumma familiaritas:cõſuetudoq; eſt.multaq;,& magna inter nos officia paria,& mutua intercedũt.Eius ſumma exiſtimatio agitur in eo, vt pactiones cũ ciuitatibus reliquis cõficiat.Nõ me ꝑterit nos eã rẽ Epheſi exptos eſſe, nec ab Epheſiis vllo modo ĩpetrare potuiſſe. Sed quãdo queadmodũ omnes exiſtimãt,& ego ĩtelligo,tua tũ ſumma integritate,tum ſingulari humanitate,& mãſuetudine,cõſecutus es,vt libẽtiſſimis Gręcis nutu,qđ velis,conſequare,peto a te maiorẽ in modũ,vt honoris mei cauſa,hac laude Hiſponem affici velis.Pręterea cũ ſociis ſcripturæ mihi ſumma neceſſitudo eſt,nõ ſolũ ob eã cauſam,ꝙ ea ſocietas vniuerſa in mea fide eſt,ſed etiã,ꝙ pleriſq; ſociis familiariſſime vtor.Ita & Hiſponẽ meũ ꝑ me ornaris, & ſocietatẽ mihi cõiũctiorẽ feceris.Tuq; ipſe & ex eius obſeruãtia gratiſſimi hominis,& ex ſocioꝝ gratia hominũ ampliſſimoꝝ,maximũ fructũ capies,& me ſummo beneficio affeceris. Sic.n.velim exiſtimes,ex tota tua prouincia,omniq; iſto impio nihil eſſe,qđ mihi gratius facere poſſis. Vale.

Socii ſcripturæ.

M.T.C.P.SERVILIO.S.D.

Cõmend.

AVlum Cęcinnã maxime ꝓpriũ clientẽ familię veſtræ nõ cõmẽdarẽ tibi,cum ſcirem qua fide in tuos, qua clementia in calamitoſos ſoleres eſſe,niſi me,& patris eius,quo ſum familiariſſime vſus,memoria,& huius fortuna ita moueret,vt hominis oĩb9 mecũ ſtudiis, officiiſq; cõiũctiſſimi mouere debebat. A te hoc omni cõtẽtione ꝑto ſic,vt maiore cura,maiore animi labore ꝑtere nõ poſſim,vt ad ea quę tua ſponte ſine cuiuſq̃ cõmẽdatione faceres in hominẽ tãtũ,& talẽ calamitoſum,aliquẽ afferãt cumulũ meæ literę,quo ſtudioſius eũ quibuſcũq; rebus poſſis,iuues. Q; ſi Romæ fuiſſet, etiã ſalutẽ Auli Cęcinnæ eſſemus (vt opinio mea fert) per te cõſecuti.De qua tamen magnã ſpem habemus freti clementia collegæ tui. Nunc quãdo iuſtitiã tuã ſecutus,tutiſſimũ ſibi portũ prouinciã iſtã duxit eſſe,etiã atq; etiam rogo te,atq; oro,vt eum & in reliquiis veteris negociationis colligendis iuues,& cæteris rebus tegas,atq; tueare.Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

M.T.C.P.SERVILIO.S.D.

Cõmend.
Diœceſes.

EX prouincia mea Ciliciẽſi,cui ſcis τῆς διοικήσεις Aſiaticas attributas fuiſſe, nullo ſum familiarius vſus, q̃ Androne Arthemonis filio Laodicẽſi,eũ ꝙ habui in ea ciuitate tũ hoſpitẽ,tũ vehemẽter ad meę vitę rationẽ, & conſuetudinẽ accõmodatũ.Quin qdẽ multo etiam pluris,poſteaq̃ deceſſi,facere cœpi,ꝙ multis rebus expertus ſum gratũ hominẽ,meiq; memorẽ.Itaq; eum libẽtiſſime vidi.Nõ te eñ fugit,qui plurimis in iſta prouincia benigne feciſti,q̃ multi grati reperiãtur.Hoc ꝓpterea ſcripſi, vt me nõ ſine cã laborare intelligeres, & vt tu ipſe eũ dignũ hoſpitio tuo iudicares.Feceris igiẽ mihi gratiſſimũ,ſi ei declararis quãti me facias,ideſt ſi receperis eũ in fidẽ tuã,& qbuſcũq; rebus honeſte, ac ſine moleſtia tua poteris, adiuueris.Hoc mihi vehemẽter erit gratũ.Idq; vt facias,te etiam atq; etiã rogo. Vale.

M.T.C.P.SERVILIO ISAVRICO PROCON.COLLEGAE.S.D.

Amatoria.

GRatæ vehemẽter mihi tuę literę fuerũt,ex qbus cognoui curſus nauigationũ tuarũ.Significabas eñ memoriã tuã noſtrę neceſſitudinis, qua mihi nihil poterat eſſe iucundius. Qđ reliquũ eſt,multo etiã erit gratius,ſi ad me de rep.ideſt de ſtatu ꝓuincię,de inſtitutis tuis familiariter ſcribes.Quę q̃q̃ ex multis ꝑ tua claritate audiã,tñ libẽtiſſime ex tuis lr̃is cognoſcã. Ego ad te de reip.ſumma qd ſentiã, nõ ſępe ſcribã ꝓpter ꝑiculũ eiuſmodi literarũ,

Quid agatur autẽ,ſcribã ſępius.Sꝑare tñ videor Cæſari collegę noſtro fore curę,& eſſe,vt habeamus aliquã rẽp.cuius cõſiliis magni referebat te ĩtereſſe.Sed ſi tibi vtilius eſt,ideſt glorioſius Aſię ꝑeſſe,& iſtã partẽ reip.male affectã tueri,mihi quoq; idẽ,qđ tibi,& laudi tuæ ꝓfuturũ eſt,optatius debet eſſe.Ego q̃ ad tuã dignitatẽ ꝑtinere arbitrabor,ſũmo ſtudio,diligẽtiaq; curabo.In primiſq; tuebor omni obſeruãtia clariſſimũ virũ patrẽ tuũ,qđ & pro vetuſtate neceſſitudinis,& pro beneficiis veſtris,& pro dignitate ipſius facere debeo. Vale.

M.T.C.P.SERVILIO COLLEGAE.S.D.

Cõmend. Ille quidẽ.

CAius Curtius Mithres eſt ille q̃dẽ,vt ſcis,libertus Poſthumii familiariſſimi mei,ſed me colit,& obſeruat ęque,atq; illũ ipſum patronũ ſuũ.Apud eũ ſic Epheſi fui,quotieſcũq; fui,tãq̃ domi meę.Multaq; acciderũt,in q̃bus & beneuolẽtiã eius erga me exꝑirer,& fidẽ.Itaq; ſi quid aut mihi,aut meorũ cupiã in Aſia opus eſt,ad hũc ſcribere cõſueui,huius tũ opera,& fide,tum domo,& re vti tãq̃ mea.Hęc ad te eo pluribus ſcripſi,vt intelligeres,me nõ vulgariter,nec ambitioſe,ſed vt ꝓ homine intimo,ac mihi ꝑneceſſario ſcribere.Peto igit̃ a te,vt in ea cõtrouerſia,quã habet de fundo cũ quodã Colophonio,& in cęteris rebus quãtũ tua fides patiet̃,quãtũq; tuo cõmodo poteris,tãtũ et honoris mei cauſa cõmodes.Etſi,vt eiꝰ modeſtiã cognoui,grauis tibi nulla,in re erit:ſi & mea cõmẽdatione,& ſua ꝓbitate aſſecutus erit,vti de ſe bene exiſtimes,oĩa ſe adeptũ arbitrabitur. Vt igit̃ eũ recipias ĩ fidẽ,habeaſq; in numero tuoꝝ,te vehementer etiã atq; etiã rogo.Ego,quæ te velle, quęq; ad te ꝑtinere arbitrabor,omnia ſtudioſe,diligenterq; curabo. Vale.

M.T.C.P.SERVILIO SVLPITIO COLLEGAE.S.D.

Cõmend.

QVia non eſt obſcura tua in me beneuolẽtia,ſic fit,vt multi ꝑ me tibi velint cõmẽdari.Ego aũt tribuo nõnũq̃ in vulgus, ſed plerũq; neceſſariis, vt hoc tẽpore.Nã cũ Tito Appio Balbo mihi ſũma familiaritas,neceſſitudoq; eſt. Eius libertũ Titũ Appiũ Menandrũ hominẽ frugi,& modeſtũ,& patrono, & nobis vehementer probatũ tibi cõmendo maiorẽ in modũ.Vehementer mihi gratũ feceris,ſi quibuſcũq; rebus ſine tua moleſtia poteris,ei cõmodaris.Quod vt facias,te vehementer etiam,atq; etiam rogo. Vale.

Commodaris ei.

M.T.C.P.SERVILIO COLLEGAE.S.D.

Cõmend.

MVltos tibi cõmẽdẽ neceſſe eſt,qñ oĩbꝰ nota noſtra neceſſitudo eſt,tuaq; ĩ me beneuolẽtia.Sed tãetſi oĩm cauſa,quos cõmẽdo,velle debeo, tñ cũ oĩbus nõ mihi eadẽ cauſa eſt.Titus Auguſius & comes meus fuit illo miſerrimo tẽpore,& oĩm itinerũ,nauigationũ,laboꝝ, ꝑiculoꝝ meoꝝ ſocius.Neq; hoc tẽpore diſceſſiſſet a me,niſi ego ei ꝑmiſiſſem.Quare ſic tibi eũ cõmendo, vt vnũ de meis domeſticis,& maxime neceſſariis.Pergratũ mihi feceris,ſi eum ita tractaris,vt intelligat hanc cõmendationẽ ſibi magno vſui,atq; adiumento fuiſſe. Vale.

M.T.C.P.SERVILIO COLLEGAE.S.D.

Cõmend. Nomina.

CEreliæ neceſſariæ meę rẽ,nomina,poſſeſſiones Aſiaticas cõmẽdaui tibi præſens in hortis tuis,q̃ potui diligẽtiſſime. Tuq; mihi pro tua conſuetudine, proq; tuis in me ꝑpetuis, maximiſq; officiis oĩa te facturũ liberaliſſime receꝑiſti.Meminiſſe te id ſpero.Scio enim ſolere.Sed tamẽ Cereliæ procuratores ſcripſerũt te propter magnitudinẽ prouinciæ,multitudinẽq; negotioꝝ etiã atq; etiã eſſe cõmonefaciendũ.Peto igitur,vt memineris te omnia, quæ tua fides pateretur,mihi cumulate recepiſſe.Equidẽ exiſtimo te habere magnã facultatẽ, ſed hęc eſt tui conſilii,& iudicii,ex eo ſenatuſconſulto,qđ in hæredes C.Venonii factũ eſt,Cerelię cõmodandi.id ſenatuſcõſultũ tu interꝑtabere pro tua ſapiẽtia.Scio em̃ eius ordinis auctoritatem ſemꝑ apud te magni fuiſſe.Qđ reliquũ eſt,ſic velim exiſtimes,quibuſcũq; rebus Ceréliæ benigne feceris, mihi te gratiſſimũ eſſe facturum. Vale.

M.T.C.QV.PHILIPPO PROCON.S.D.

Gratulatoria.

GRatulor tibi,ꝙ ex ꝓuincia ſaluũ te ad tuos recepiſti incolumi fama,& repu. Q; ſi Romę te vidiſſem,corã gr̃as egiſſem,ꝙ tibi L.Egnatius familiariſſimꝰ meus abſens,L.Oppius ꝑſens curę fuiſſet.Cũ Antipatro Derbete mihi nõ ſolũ hoſpitiũ,verũ etiã ſũma familiaritas ĩtercedit.Ei te vehemẽter ſuccẽſuiſſe audiui,& moleſte tuli.De re nihil poſſum iudicare,niſi illud mihi certe ꝑ

ſuadeo,te talē virū nihil temere feciſſe. A te aūt ꝑ vetere noſtra neceſſitudine etiā,atq; etiā Dep̄catio.
pꝫto,vt eius filios,q̄ ī tua poteſtate ſunt,mihi potiſſimū cōdones,niſi qd̄ exiſtimas ī ea re vio
lari exiſtimationē tuā.Qd̄ ego ſi arbitrarer,nūq̄ te rogarē:mihiq; tua fama multo antiquior
eſſet,q̄ illa neceſſitudo eſt.Sed mihi ita pſuadeo,poteſt fieri vt fallar, eā rē laudi tibi potius,
q̄ vituꝑationi fore.Quid fieri poſſit,& qd mea cauſa facere poſſis (nam quin velis,nō du-
bito) velim,ſi tibi graue non erit,certiorem me facias. Vale.

M.T.C.Q.V.PHILIPPO PROCONS.S.D.

ETſi nō dubito ꝑ tua in me obſeruātia, proq; nr̄a neceſſitudine,qn cōmēda- Cōmend.
tionē meā memoria teneas,tn̄ etiā,atq; etiā eūdē tibi L.Oppiū familiarē meū
p̄ſentē,& L.Egnatii familiariſſimi mei abſentis negotia cōmēdo. Tāta mihi
cū eo neceſſitudo eſt,familiaritaſq;,vt ſi mea res eēt,nō magis laborarē.Qua
propter gratiſſimū mihi feceris,ſi curaris,vt is ītelligat me a te tātū amari,
quātum ipſe exiſtimo.Hoc mihi gratius facere nihil potes.Idq; vt facias,te
vehementer rogo. Vale.

M.T.C.T.TITIO TITI F.LEG.S.D.

ETſi nō dubito,qn apd̄ te mea cōmēdatio prima ſatis valeat,tn̄ obſequor Cōmend.
homini familiariſſimo C.Auiano Flacco,cuius cauſa oīa tū cupio,tū me
hercule etiā debeo.De quo & p̄ſens tecū egi diligēter, cū tu mihi huma
niſſime reſpōdiſti,& ſcripſi ad te accurate antea: ſed putat intereſſe ſua,
me ad te q̄ſępiſſime ſcribere.Quare velim mihi ignoſcas,ſi illi⁹ volūtati
obtēꝑrās,min⁹ videbor meminiſſe cōſtātię tuę.A te illud idē pꝫto,vt de
loco,quo deportet frumētū,& de tp̄e,Auiano cōmodes.Quoꝝ vtrūq; p
eūdē me obtinuit triēniū,dū Pōpei⁹ iſti negotio p̄fuit.Sūma eſt,ī quo mihi gratiſſimū facere
poſſis,ſi curaris,vt Auianus,qn̄ ſe a me amari putat,me a te amari ſciat.Erit id mihi pgratū.
Vale.

M.T.C.QVATTVORVIRIS,ET DECVRIONIBVS.S.D.

TAntę mihi cū Q.Hippio cauſę neceſſitudinis ſunt,vt nihil poſſit eē cōiūcti⁹ q̄ Cōmend.
nos īter nos ſum⁹.Qd̄ niſi ita eēt,vterer mea cōſuetudine,vt vobis nulla ī re
moleſtus eēm. Etenī vos mihi optimi teſtes eſtis,q̄ mihi pſuaſū eēt,nihil eē
qd̄ a vobis īpꝫtrare nō poſſem,nūq̄ me tn̄ grauē vobis eē voluiſſe.Vehemē-
ter igit̄ vos etiā,atq; etiā rogo,vt honoris mei cauſa liberaliſſime C.Valgiū
Hippianū tractetis,rēq; cū eo cōficiatis,vt quā poſſeſſionē habet ī agro Fre-
gellano,a vobis emptā,eā liberā,& īmunē habere poſſit.Id ſi a vobis īpꝫtraro,ſūmo me bn̄fi-
cio veſtro affectū arbitrabor. Valete.

M.T.C.P.SVLPITIO IMP.S.D.

CVm his tēporib⁹ nō ſane ī ſenatū ventitarē,tn̄ vt tuas literas legi,nō exiſti Oblatoria.
maui me ſaluo iure noſtrę veteris amicitię,multorūq; īter nos officioꝝ face
re poſſe,vt honori tuo deeſſem.Itaq; affui,ſupplicationēq; tibi libēter decre
ui: nec reliquo tp̄e vllo,aut rei,aut exiſtimatiōi,aut dignitati tuę deero.At
q; hoc vt tui neceſſarii ſciāt, hoc me animo erga te eſſe, velim facias eos p
literas certiores,vt ſi qd tibi op⁹ ſit,ne dubitēt mihi iure ſuo denūciare.M.
Bollanū virū bonū,& fortē,& oībus rebus ornatū,meūq; veterē amicū tibi magnope cōmen Cōmend.
do.Pergratū mihi feceris,ſi curaris,vt is ītelligat hāc cōmēdationē ſibi magno adiumēto fu
iſſe.Ipſumq; virū optimū,gratiſſimūq; cognoſces.Promitto tibi,te ex ei⁹ amicitia magnā vo
luptatē eſſe capturū.Pręterea a te peto maiorē in modū ꝑ noſtra amicitia,& ꝑ tuo ppꝫtuo in
me ſtudio,vt in hac re etiā elabores.Dionyſius ſeruus meus,q meā bibliothecā multoꝝ nū-
moꝝ tractauit,cū multos libros ſurripuiſſet,nec ſe impune laturū putaret,aufugit.Is eſt in p
uincia tua.Eū & M.Bollanus familiaris,& multi alii Naronæ viderūt.Sed cū ſe a me manu-
miſſum eſſe diceret,crediderūt.Hūc tu ſi mihi reſtituendū curaris,nō poſſum dicere q̄ mihi
gratū futurū ſit.Res ipa parua,ſed animi mei dolor magn⁹ eſt.Vbi ſit,& qd fieri poſſit,Bolla
nus te docebit.Ego ſi hoīem p te recuparo,ſūmo me a te beneficio affectū arbitrabor. Vale.

M.T.C.ALLIENO PROC.S.D.

DEmocritus Sicyonius,nō ſolū hoſpꝫs meus eſt, ſed etiā,qd̄ nō multis cōtin- Cōmend.
git,Græcis p̄ſertim,valde familiaris.Eſt.n.in eo ſumma ꝓbitas, ſumma vir-
tus,ſumma in hoſpites liberalitas, & obſeruātia: meq; p̄ cæteris, & colit,&
obſeruat,& diligit.Eū tu nō modo ſuoꝝ ciuiū,verū etiā pene Achaię princi
pꝫm cognoſces.Huic ego tātūmodo aditum ad tuam cognitionē patęfacio,

& innuo cognitũ,ꝑ te ipm̃,quę tua natura eſt,dignũ tua amicitia, atqꝫ hoſpitio iudicabis. Peto igit̃ a te,vt his literis lectis recipias eũ in tuã fidẽ: polliceare oĩa te facturũ mea cauſa. De reliquo,ſi id qđ cõfido,fore dignũ eũ tua amicitia,hoſpitioqꝫ cognoueris,peto vt eũ cõplectare,diligas,in tuis habeas.Erit id mihi maiorẽ in modum gratum. Vale.

M.T.C.ALLIENO PROC.S.P.D.

Cõmend. ET te ſcire arbitror,quãti feceri C.Auianũ Flaccũ,& ego ex ipſo audierã optimo & gratiſſimo hoĩe,ꝗ a te liberaliter eſſet tractatꝰ.Eius filios digniſſimos illo patre,meoſqꝫ neceſſarios,quos ego vnice diligo,cõmẽdo tibi ſic,vt maiore ſtudio nullos cõmẽdare poſſim.C.Auianꝰ ĩ Sicilia eſt.Marcus eſt nobiſcũ. Vt illiꝰ dignitatẽ pñtis ornes,rẽ vtriuſqꝫ defendas,te rogo.Hoc mihi gratiꝰ ĩ iſta ꝓuĩcia facere nihil potes.Idqꝫ vt facias,te vehemẽter etiã,atqꝫ etiã rogo. Vale.

## M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER.XIIII.

M.T.C.TERENTIAE, ET TVLLIAE, ET CICERONI SVIS S.P.D.

Amatoria. ET literis multoꝝ, & ſermone oĩm ꝑfert̃ ad me,incredibilẽ tuã virtutẽ,& fortitudinẽ eẽ,teqꝫ nec animi,nec corporis laboribꝰ defatigari.Me miſerũ,te iſta virtute,fide,ꝓbitate,hũanitate,in tãtas ęrũnas ꝓpter me ĩcidiſſe:Tulliolãqꝫ noſtrã, ex quo patre tãtas voluptates capiebat,ex eo tãtos ꝑcipe luctus.Nã qd ego de Cicerone dicã!q cũ primũ ſaꝑe cœpit,acerbiſſimos dolores,miſeriaſqꝫ ꝑcepit.Quæ ſi, vt tu ſcribis,fato facta putarẽ,ferrẽ paulo facilius,ſed oĩa ſunt mea culpa cõmiſſa,q ab iis me amari putabã,q inuidebãt:eos nõ ſeqbar, qui ꝑtebãt.Qꝫ ſi nr̃is cõſiliis vſi eſſemꝰ, neqꝫ apud nos tãtũ valuiſſet ſermo aut ſtultoꝝ amicoꝝ,aut ĩproboꝝ,beatiſſimi viueremus. Nunc qñ ſꝑare nos amici iubẽt,dabo oꝑã,ne mea valetudo tuo labori deſit.Res quãta ſit intelligo,quãtoqꝫ fuerit facilius manere domi,ꝗ redire.Sed tñ ſi oẽis tribunos ple.habemꝰ,ſi Lẽtulũ tã ſtudioſũ,ꝗ videt̃,ſi vero etiã Põpeiũ,& Cęſarẽ,nõ eſt deſꝑãdũ.De familia,quõ pla

Peſtilẽtia. cuiſſe amicis ſcribis,faciemꝰ.De loco,nũc qdẽ abiit ꝑſtilẽtia,ſed ꝗdiu fuit,me nõ attigit.Plãcus hõ officioſiſſimꝰ me cupit eſſe ſecũ,& adhuc retinet.Ego volebã loco magis deſerto eẽ ĩ Epiro,quo neqꝫ Hyſpo veniret,nec milites: ſed adhuc Plãcus me retinet,ſꝑat poſſe fieri,vt mecũ in Italiã decedat. Quẽ ego diẽ ſi videro,et ſi ĩ veſtrũ cõplexũ venero,ac ſi & vos, & me ipm̃ recuparo,ſatis mihi magnũ fructũ videbor ꝑcepiſſe,& veſtrę pietatis,& meę.Piſonis hũanitas,virtus,amor ĩ oẽis nos tãtꝰ eſt,vt nihil ſupra poſſit.Vtinã ea res ei voluptati ſit,gl̃ię qdẽ video fore.De Q.Fratre nihil ego te accuſaui,ſed vos,cũ p̃ſerti tã pauci ſitis,volui eẽ ꝗcõ iũctiſſimos.Quibꝰ me voluiſti agere gr̃as,egi,& me a te certiorẽ factũ eẽ ſcripſi.Qđ ad me mea Terẽtia ſcribis, te vicũ vẽditurã, quid obſecro te, me miſerũ,qd futurũ ẽ!Et ſi nos p̃met eadẽ

Filio timet fortuna,qd puero miſero fiet!Nõ queo reliq̃ ſcribere,tãta vis lachrymarũ ẽ,ne te ĩ eũdẽ fletũ adducã.Tm̃ ſcribo,ſi erũt ĩ officio amici,ꝑcunia nõ deerit:ſi nõ erũt,tu efficere tua ꝑcunia nõ poteris.Per fortunas miſeras nr̃as vide,ne puerũ ꝑditũ ꝑdamꝰ. Cui ſi aliqd erit,ne egeat, mediocri virtute opus ẽ,& mediocri fortuna,vt cętera cõſequat̃.Fac valeas, & ad me tabellarios mittas,vt ſciã qd agat̃,& vos qd agatis.Mihi oĩno iã breuis expectatio ẽ.Tulliolę,& Ciceroni ſalutẽ dic.Datũ ad.vi.Cal.Decẽb.Dyrrachii.Dyrrachiũ veni,qꝛ & libera ciuitas eſt,& ĩ me officioſa,& ꝓxima Italię.Sed ſi offendet me loci celebritas,alio me cõferã, & ad te ſcribã.

M.T.C.TERENTIAE,ET TVLLIAE,ET CICERONI SVIS.S.D.P.

Amatoria. NOli putare me ad quẽq̃ lõgiores epiſtolas ſcribere,niſi ſi qs ad me plura ſcripſit,cui puto reſcribi oportere.Nec.n.habeo qđ ſcribã, nec hoc tꝑe qcq̃ difficiliꝰ facio.Ad te vero,& ad noſtrã Tulliolã nõ q̃o ſine plurimis lachrymis ſcribere. Vos.n.video eẽ miſerrimas,quas ego beatiſſimas ſemꝑ eẽ volui,id qꝫ p̃ſtare debui,& niſi tã timidi fuiſſemꝰ,p̃ſtitiſſem.Piſonẽ noſtrũ merito eiꝰ amo plurimũ.Eũ,vt potui,ꝑ lr̃as cohortatꝰ ſũ,gr̃aſqꝫ egi,vt debui.In nouis trib.pl.intelligo ſpẽ te habere:id erit firmũ,ſi Põpeii volũtas erit,ſed Craſſum tñ metuo.A te

Mœreo caſum. qdẽ oĩa fieri fortiſſime,& amãtiſſime video,nec miror,ſed mœreo caſũ eiuſmodi,vt tãtis tuis miſeriis meę miſerię ſubleuent̃.Nã ad me P.Valerius hõ officioſus ſcripſit,id qđ maximo cũ